



Daedalion, onis. *subs. m.* ETYM Δαιδαλίων. [FREQ minima 4^{indicia} 0,25 /d.c.m.] ¶ *Luciferi filius et Chiones pater; is ob mortuae filiae ab Apolline olim amatae dolorem, cum e saxo decidere uoluisset, in accipitrem a deo mutatus est* • *Dedalión, hijo de Lucifer y padre de Quíone; por el dolor de haber perdido a su hija, que antes había sido amada por Apolo, quiso despeñarse desde una roca y el dios lo convirtió en gavilán* [HYPER NOMEN uir mythologicus] 2-8 Ov Met 11.295. uir fuit ... nomine Daedalion. illo genitore creatis, qui uocat Auroram caeloque nouissimus exit. 11.340. effugit ergo omnes ueloxque cupidine leti uertice Parnasi potitur; miseratus Apollo, cum se Daedalion saxo misisset ab alto, fecit auem et subitis pendentem sustulit alis oraque adunca dedit, curuos dedit unguibus hamos, uirtutem antiquam, maiores corpore uires. Et nunc accipiter, nullis satis aequus, in omnes saeuit aues aliisque dolens fit causa dolendi. 180 Hyg Fab 200.1. Cum Chione siue ut alii poetae dicunt Philonide Daedalionis filia Apollo et Mercurius una nocte concubuisse dicitur. 200.2. Daedalion unicam filiam flendo ab Apolline est conuersus in auem daedalionem, id est accipitrem.